



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Agnes Politiana V. 20. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

o. Apr.  
, quod  
animan  
um est  
et; justa  
face ci  
nocen  
x Surin  
erminatus  
e tuâr  
uid enim  
onting  
S. Pe  
MM  
quem  
; qui  
dem u  
atearis,  
saltare  
LIANO  
onsulit  
Hyme  
ox la  
hrofys  
o con  
, adni  
ristum  
nterel  
ina lo  
ducit,  
suum  
e duos  
nnino

20 April. VITÆ SANCTORVM. 203  
omnino dies totidemque noctes assiduas saltando se exercuerat, cum quiescit tandem morte subitâ prostratus, nec jam ille domum Domitillam, sed illum domum Proserpina ducit. Porro SERVILIANS & SVLPITIUS, firmati his miraculis, non dubitabant postea pro Deo & castitate cervices præbere securi secandas, rectius capite, quam Aurelianus pede saltaturi. Ex gestis SS. Nerei & Achillei apud Sur.

Debet bene conscientia mentis esse latitia non inconditis commissationibus, non nuptialibus excitata symphonis; Ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, ubi comes deliciarum extrema est saltatio. Nemo enim, ut dixit quidam secularium Doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. S.Amb.l.3.de Virg.

S. AGNES POLITIANA V. 20 Aprilis.

NAtale solum AGNETI mons Politianus est. Quo die in lucem prodiit, multis vicinus æther facibus stellans illustris vitæ primordia celebravit. Nono ætatis anno, quo virgines aliæ totè pendent à matribus, D. Dominici institutum in sacro Parthenone complectitur. Quindecim annis pane & aquâ victitavit; saepèque cælesti pluviam, qualis Hebræis per desertos Arabiæ campos motentibus annona fuit, inter precandum est operta. Tres aliquando gemmulas ei Deipara dono dederat, vaticinata, suo honori aliquot ab AGNETE templo constituenda. Jesulum alias in sinum ejus infuderat: cuius è collo crucem eam abstraxit, quæ in hæc usque tempora ad facti memoriam piorumque venerationem conservatur. Saepè ab Angelo divinam hostiam accepit. Balneum, quo valetudinis causâ utebatur, cælesti manna instratum,

stratum, eoque loco fons medicâ salubritate praeditus erupit. Et quemadmodum sœpè divinos genios vivens habebat hospites, ita moriens eosdem adepta comites, in cælum evolavit, anno salutis M.CCC.XVII. mortem multi infantes è suis cunis, quâ sermone, quâ cantu celebrarunt. Corpus putredine taboqué intactum virtutum ac præpuè castimoniæ luculentam præbuit testificationem. Ex Bullâ Canonizat.

*Vt sancta anima Christi charactere utrobique signatur, eum in corde suo signaculum ponat, ut amor ejus facibus medullitis inardescat; ponat etiam in brachio, ut piis operibus valenter insistat.* S.Pet. Damian.l.7.ep.9.

## S. ANSELMUS EP. 21. Aprilis.

**F**acile mundum despicit, quisquis æquis oculis aspicit. Testis luculentus ANSELMVS est. Videlicet hic (nebulam ab oculis Deo removente) quenam nos mundum dicimus, immundam, quâ patet, paludem esse, cœni omnis ac sordium colluviem: in hâc voluntari miseros homunculos; hinc delicias suas haurire delicatulos, hinc gemmas querere, avaros, hinc triumphare ambitiosos. Miratus ANSELMVS posse tam sordidâ lacunâ pisces gaudet tam nobiles, oculum ad religiosorū septa transfluit, & ædes sibi videre visus est regio opere struetas, & omnibus delitiis affluentibus. Has itaque ingressus, ex Monacho Cœnobiaracha, ex Cœnobiaracha Pontifex Cantuariæ mortuus memoratur, anno M.C.IX. vir qui è minimis quibusque rebus maxima dare documenta scivit. Nam, ut alia silentio prætermittam, cum lepusculum sub equum suum fugientem à canibus undique

cingi